UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sancto Basolo abbate. Cap[itulum]. lxxix. [i.e. lxix].

urn:nbn:de:hbz:466:1-70797

Visual Library

fecerat: conqueri cepit: dicens ꝙ duo heſterno
die ad ſe venerant: qui ſpiritum a corpore eijci
entes in bonum locum deduxerāt. Ipſa vero die
vnus miſſus fuerat: qui cum ad corpus reduci
mandauerat: q2 fortunatus epͥs ſic a deo pete-
bat. Quibus expletis verbis: marcellus mox ex
infirmitate conualuit: ꝛ in hac vita diutius mā
ſit. Quieuit aūt vir ſanctus in dn̄o pridie idus
octo. ꝛ ſepultus eſt in eccleſia tudertina. Ad cu
ius ſepulturam crebra miracula fiunt. Hec gre
gorius dialogorū libro primo cap. x

¶ De ſancto Fortunato alio epͦ. Cap. lxv

FOrtunatus epiſco-
pus pictauienſis claruit tempore
iuſtini imperatoris iunioris. Qui
natione italus primo poeta: dein-
de in prefate vrbis epm ſublima-
tus: vir egregius: ingenio clarus: ſenſus celer:
ore ſuauis beati martini heroico metro geſta
in. iiij. voluminibus digeſſit: hymnos etiā feſti
uitatū ſingularū eleganter compoſuit: ꝛ ſancti
tate plenus in pace quieuit.

¶ De ſancto Iuſto epiſcopo. Cap. lxvi.

TUſtus epi-
ſcopus lugdunen-
ſis inſigni ſanctita
te refulſit. Qui e-
piſcopatu relicto cum viatore
lectore eius miniſtro ad here
mum egypti ſe contulit: vbi
multo tempore angelicam vi-
tam duxit. Ad hunc reuiſen-
dum antiochus epūs vir ſan-
ctus eiuſq; in epiſcopatu ſucceſſor ad heremū
acceſſit: ꝛ ab eo ſanctitatis perſpicue exempla
reportauit: de quo dicetur infra in eius geſtis
idibus nouembris. Sanctus autem iuſtus in
pace quieuit pridie idus octobris. Quem dum
morientem miniſter eius defleret: eo ꝙ ſe deſe
reret: ille prophetico ſpiritu eundem hortans
predixit: ꝙ ſe cito ſecuturus eſſet. Quod rei
per effectum probauit euētus: nam viator poſt
dies. vij. eum ad patriam ſecutus eſt: videlicet
xij. kalen. nouēbris: vt dicitur ibidem.

¶ De ſanctis. ccclx. martyribus. Cap. lxvij.

TRecēti
lx. martyres
apud coloniā
agrippinam
paſſi ſūt. qui
cū eſſent mi-
lites mauri ex ſacra legione
thebeorum: ꝛ illis trucidatis
iſti ex eorum conſortio aufu-
giſſent: a militibus maximia
ni imperatoris apud ipſam vrbem inuenti: et
ipſi gladijs trucidati ſunt idib9 octobris. Quo-
rum corpora condita ſunt in baſilica: que admi
rabili opere ex moyſaico quodammodo deau-
rata reſplendet: vnde etiam et loci incole ſan-
ctos aureos illos vocare cōſueuerūt. Hec vſu-
ardus. Ado tamen ponit ꝙ fuerunt ſolūmodo
trecentumquinquaginta.

¶ De ſancto Antiocho epiſcopo. Cap. lxix.

ANtio
chus epi-
ſcop9 lug-
dunenſis
fuit: q̄ cū
adhuc ip-
ſius eccle
ſie presbyter eſſet: pio inci-
tatus officio ad viſendū eius
epiſcopum: qui in egypti he-
remo morabatur nomine ꝛ actione vere iuſtū:
peregre profectus eſt: a quo ꝛ ſanctitatis inſi-
gnia exempla reportauit: vt dictum eſt ſupra in
legēda iuſti epi pridie idus octobris. Hic fuit
vir diſcretiōe precipuus: ꝛ ſctītate preclarus.
Qui etiā nō immerito tēpe interiecto ad eiuſ-
dē pōtificatus culmē aſſumptus eſt. Quo ſtre-
nue ꝛ feliciter adminiſtrato: in pace quieſcens
regnū celeſte ꝯſecutus eſt idib9. octob. Sepul
tus apud lugdunū. in eccl'ia ſctōꝝ martyrū ma-
chabeoꝝ: in qua ꝛ ſanctus iuſtus requieſcit.

¶ De ſancto Baſolo abbate. Cap. lxxix.

BAſol9 abbas
apud rhemenſ. ciuita-
tē claruit tēpore chil-
perici regis francorū:
vt ait ſigibertus. Hic
ex territorio lemouicē
ſi natus: dum adhuc iu
uenis heremum opta-
ret: āgelo ipſi apparē
te ipſumq; deducente: ad vrbem rhemenſiū de-
uenit: et a ſancto egidio epiſcopo rhemēſi. iiij.
poſt remigiū ſuſceptus fuit. A quo ꝛ locum ad
radices montis rhemēſis obtinuit: vbi conſtru
cto cenobio monaſticam vitā duxit: deinde ad
nemoroſi montis cacumen aſcēdit: vbi p annos
quadraginta incluſus manēs heremi cultor deo
ſeruire ſtuduit. Et dum aque penuriā ſuſtine-
ret: oratione ſua fontē de ſaxo ꝓduxit: q̄ vſq; in
preſens de loco illo vſq; ad inferiora defluit.
¶ Attila quidā diues ꝛ potēs dn̄ circa mōtem
illū venaref: ꝛ aprū cū canibus ſequeref: aper
ille cū eſſet nimie magnitudinis depoſita oī fe
ritate ad cellā viri dei veniēs: ꝛ q̄ſi liberari ab
eo ſe petēs pedib9 illi9 aduolut9 iacebat. Quē
dū canes et equites ſequerenf: diuina virtute
effecti imobiles: vltra viri dn̄i limites nec acce
dere: nec retrocedere valebant. Quod cernēs

attilia de preſumptione penituit: ⁊ ſe ſancti oratiōibus cōmendans: aprum dimiſit: eidemqꝫ viro dei predia ſua ibidem poſita gratanter cōceſſit. ¶ Quidam pro crimine dānatus ſuſpendio: dum iam laqueo aſtrictus ſuffocaret. Sanctum tamen baſolum mente inuocās: quia iam voce non poterat: laqueo rupto liberatus euaſit. Quieuit in pace idibus octobꝛis.

¶ De ſancta Placidia virgine. Cap.lxx.

Placidia virgo fuit filia Valētiniani imperatoꝛis ⁊ Eudoxie Auguſte filie theodoſij magni. Que ſpreto ſeculo adheſit auie ſue galle placide ieiunijs elemoſynis ⁊ oꝛationibus intēta. De huius ſanctitate cuidam ſeni reuelatum eſt: ꝙ eiꝰ meritis ſoroꝛ ipſius placidie honoꝛia nomine a grauiſſima infirmitate liberata fuiſſet. Qui et viſa eudoxie ipſius matri retulit. Et extunc mater filiam in deuotiōe habere cepit. Cum autem placidia cum vtroqꝫ parente: et auia galla rauennam nauigio veniret: grauiſſima in mari tēpeſtas exhoꝛta eſt. Qui omnes beato iohanni euāgeliſte pro eoꝛum liberatione vouerant baſilicam conſtruendam. Statimqꝫ beatꝰ apoſtolus eiſdem apparuit: ⁊ tempeſtate ſedata incolumes ad poꝛtum perduxit. Regina ergo galla ei apud rauenā eccleſiam fabꝛicauit: in qua ſanctus iohānes eidem auguſte: ⁊ barbaciano p̄ſbytero apparuit: ⁊ ſandalium ſuū pro reliquijs illis dimiſit: vt ſupꝛa actum eſt in geſtis barbaciani pridie kalen. ianuarij. ¶ Poſt aliquod autem tempus: placidia hieroſolymam perrexit: vbi luſtrans loca ſancta biennium exegit. Et deinde ꝑ venetiam veronam venit: ibiqꝫ cuidam dꝛute filie oꝛabilis nobilis matrone ſurde ⁊ mute aurium ⁊ lingue facultatem cōceſſit: vbi ⁊ in chꝛiſto doꝛmiuit ſepulta in eccleſia ſancti Stephani via tridentina idibus octobꝛis: ſignis coꝛuſcans.

¶ De apparitione ſancti michaelis archāgeli. Cap.lxxi.

Apparitio ſcti michaelis archangeli noua anno domini. ccccccc vij. facta eſt: vt aīt ſigibertus. Tempoꝛe enī childeberti regis francoꝛū ⁊ iuſtiniani auguſti apparuit archangelus michael autberto bꝛachacenſis epō ſupꝛa mare oceanum cōmoꝛanti: ipſūqꝫ ſecundo monuit: vt in loco maris oceani inſula que pꝛopter eius eminētiam tumba dicitur: nomini ſuo fundaret eccleſiam: volens ſibi talem venerationem exhiberi in pelago: qualis exhibebatur in monte gargano. Interea taurus in eadem inſula a latrone furtim captus ligatur in loco illo. Unde epſ tertio admonitꝰ iubet: vt in illo loco fundamentū iaceret: quo taurū ligatū inueniret. Et ſicut cū terrā pedibꝰ ꝓtriuiſſe videret: ſic eccleſie ambitū duceret. Que dū epſ pp̄lo retuliſſet: ad locū nauigio acceſſerunt ⁊ taurū inuenientes: vt archāgelus p̄dixerat: eccleſiā ꝯſtruere ceperūt. ¶ Due aūt rupes ibidē erāt: que humanitus inde moueri nō poterāt: q̄ ⁊ officiū impediebāt. Sꝫ michael cuidam viro apparuit: ꝑcipiēs vt ipſas rupes inde amoueret: qui tā facile eas mouit: vt nihil habere ponderis viderent. Sicqꝫ eccleſia in honoꝛē archāgeli michaelis cōſtituit: ⁊ ex eo tp̄e ſicut in mōte gargano: ita ⁊ in ipo loco: qui mō d̄r in periculo maris: veneratio eiꝰ frequētari cepit. In qua eccleſia partē pallij: qd̄ in mōte gargano angelus poſuit: ⁊ partē marmoꝛis: ſupꝛa qd̄ ſtetit detulerūt. Cūqꝫ aque ibidē penuriā incole paterent: monitu angeli foramē in ſaxo fecerunt: ⁊ inde aquarū copia vſqꝫ in p̄ſens largiꝰ emanauit. Hec aūt apparitio in dicto loco celebꝛat. xvij. kalē. nouēbꝛis. Ille enī mōs oceano cingit: ſed bis in die feſto ſancti michaelis p̄dicto iter p̄bens populo aperit. Cū aūt quodā anno copioſa turba ad eccleſiā ꝑgeret contigit mulierē p̄gnantē vicināqꝫ partui ex deuotiōe archangeli ſecū ire. Et ecce magno impetu vnda rediēs: ⁊ oīs turba timoꝛe cōcuſſa ad litꝰ fugit. Sola aūt mulier grauida fugere nō valuit: ſed a marinis fluctibꝰ capta eſt. At michael eidem inter vndas aſtitit: qui mulierē illeſam ſeruauit: q̄ ⁊ in medio pelagi filiū parturiuit: q̄ et inter vndas ſuſcipiēs lactauit: ⁊ āgelo duce cū puero ad littus illeſa ꝑuenit. ¶ Tp̄ibus karoli regis dux quidā ſenogallie noīe ſergius habens vxoꝛē grecā noīe margaretā: dū ꝓle careret: bonis elemoſynarū opibus ſolicite inſudās ſubito lepꝛoſus effectꝰ eſt: qui plurima expēdēs in medicis: nulla medicamina percipere poterat. Dum aūt ꝓ ſua ſalute deū iugiter exoꝛaret. Nocte quadā michael archāgelus eidē in ſomnijs apparuit: eūqꝫ admonuit: vt ad eccleſiā monaſterij ab angelo electā: que bꝛentalis d̄r: viſitandam accederet: indeqꝫ ſalutē ꝓtinꝰ repoꝛtaret. Qui expergefactꝰ mane cōiugi ⁊ militibꝰ viſa narrauit. Sequēti quoqꝫ nocte eidē doꝛmiēti: iterū angelus aſtitit: ⁊ iuſſa p̄dicta replicauit. Qui dū locū ſibi nō eſſe r̄ndiſſet notū: angelus addidit: vt nauē cū vxoꝛe ⁊ militibꝰ ſuis aſcēderet: eāqꝫ ad locū deducēdā angelice ſolicitudini cōmitteret. Qui iuſſa perficiens nauē cōſcendit: flantibuſqꝫ ventis ꝓſperis vniꝰ noctis ⁊ diei ſpacio ad locū ſancti michaelis: qui bꝛentalis d̄r ſuper mare adriaticū habens monaſte-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN